UI

DOMANYO

HAMIS SAC

Mirosl. Qu.
239.

398

Curavi imprimi Exempla 250
quodlibet exemplar habet folia 30.

Conveni cum Typographo, ut pro 100 primis exemplarium quolibet
folio 2 Stephanenses solverem. De caetero pro singulis arcubus 2 Viennenses

Summa fol 97 Crucif 5. Bibalia nana:

Satisfeci plenè Typographo

~~Augustin. Tom. 3 lib. 1 de Trinit. c. 3~~

~~Nec enim quae ab omnibus conscribuntur, in omnium manus veniunt, et fieri potest, ut nonnulli qui etiam haec nostra intelligere valent, illos planiores non inveniant libros, et in istos saltem incidant. Ideoque utile est plures a pluribus fieri libros, diverso stylo non diversa fide, etiam de quaestionibus eisdem, ut ad plurimos res ipsa perveniat, ad alios sic, ad alios autem sic.~~

<u>Pantaleon Thammius in poëmata de haereticis</u>
De gestis Lutheri.

1 Pontificem vellit, Turcam ciet, atque tumultus,
Carnivorus potat, sacrilegusque coit
2 Daemonis alloquio fruitur, Patresque Tridenti
Ridet, Missam agitat, Caesaris arma movet.
3 Comburit Decreta Patrum, nixusque Philippo
Seditionis amans, ore sophista tonat.
4 Principibus dat opus Cleri, sacra funditus aufert
(Nuda fides satis huic) et temulentus obit.
5 Temporibus nostris haec haeresiarcha Lutherus
Fecerit? haud posset deteriora Satan.

Spectato ac Mag.co Dom.no Nicolao Istuanffi de Kis et Asszonfalva. Regni Ungariae Vicepalatino, Janitorum Regalium magistro, ac Sac. Caes. Regiaeque M.tis Consiliario etc. Dno etc. obs.mo

M. T. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

Serar in cap. Josue fol 299. Ne [illegible] unquam aliud edita
lectionem Bibliorum, sed solum variantes versiones, quas apud Sanctos Pa-
tres [illegible] [illegible], diversas, saepe corrigunt [illegible] [illegible] à
[illegible] [illegible], sed [illegible] [illegible], [illegible] modicum [illegible]
Deut 18 v17 ad [illegible], ut à [illegible] accipiat has versiones
[illegible]. Illa [illegible] à [illegible] debebat accipere [illegible]
[illegible] scribunt, [illegible] in aliorum varietate [illegible], [illegible]
[illegible], quando [illegible] ab ipso [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] in
vero [illegible] Bibliorum [illegible] [illegible], sed in versionibus
quas ab Eccla universa [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]:
Addit Serar [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] Biblia vidi [illegible] in Germania, [illegible] [illegible] [illegible]
Catholici, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible]
et laudare, [illegible] [illegible] [illegible] Catholici [illegible] [illegible] quibus [illegible]
gloriae [illegible]

De scriptura Sacra.

At enim, tametsi Roma Eccla defenderit scripturas illibatas, contra gentilium, et haereticorum furorem, audent tamen Novatores, nobis vitiatam scripturam crimine affingere. Mitto ~~quarta~~ caetera; Primum illud obiiciunt, Nos scripturam mutilam, mancam, insufficientem iudicare, ideo adstruere Traditiones, Et perinde ac si Spiritus sanctus, vel propter imperitiam non potuisset, vel propter invidiam noluisset clare scripturas proponere, eas obscuras et interpretis egentes dicere. Verum nos scripturam mancam ac mutilam non dicimus, quamvis fateamur non omnia explicite in ea contineri, sed quaedam implicite, cum ~~enim~~ Ecclesiam audiendam, et eius pastores, praepositos audiendos; Nec ignorans igitur, nec invidus fuit S. Spus, sed quemadmodum, licet per se omnes ad felicitatem ducere ac docere posset, voluit tamen doctores et pastores esse, per quos ducerem[ur], Ita [illegible]. Et si omnia tam clare in scriptura, Cur Novatores qui claritatem depraedicant ita ab invicem dissident? Cur non consentiunt! Si scripta sunt omnia, Cur non proferunt, ubi scriptum sit, ne sabathum, sed diem dominicum celebremus, Ut Paschatis, ac Nativitatis diem celebremus, ut Matrimonium iuramento firmetur! Ubi scriptum quod Epistola ad Romanos (et idem de caeteris Epistolis dico) quae D Pauli nomine circumfertur, integra non aucta, non mutilata, Pauli Apli Epla sit!

1a calumnia:

Scriptura accomodari variis intellectibus, varie [illegible] Tertull de cultu foeminar c 2. In speclac c 3. August 12 confess cap 18. et 31 ubi diversas [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

M. ACADEMIA KÖNYVTÁRA

2ª Calum: Secundo. Prohibent nos, aiunt, ne scriptura legatur ab
omnibus. Sed nemo, qui latinas novit lras, à Biblio:
rum lectione arcetur, traducta in alias linguas Biblia,
non omnino prohibet Ecclia, sed solum statuit, ne temerè
In Regula 4 Indicis expurgat. passim eor lectio omnibus concedatur, sed solum qui:
bus expedire Pastores gregis iudicarint; Haereses enim
à scripturis malè intellectis ortae, Ne igitur simplicibus
aliquaꝫ errandi occasio detur, ut prudens mater,
cultrum infantibus adimit, laesionis periculum decli:
nans, ita Ecclesia, non nisi ijs permitti vult scripturae
lectionem, quibus ea utilis videbitur pastoribus ac
doctoribus. Et sanè si persuadeatis populo, omnia
in scripturis clarè contineri, eamqꝫ legi ab omnibus
debere. Praedicantes omnes cogentur exulare, quis
enim turbam inutilem pascet? Sapienter ergo Eccla
mater, scindit caelestis doctrinae panem filijs suis,
opera ac ministerio pastorum, ~~et~~ uti ipso edocta,
Vide fol 30. et 47. peiores longè factos esse Novi dogmatis sectatores
postquam passim legendi, ac iudicandi de rebus Divinis
authoritatem adepti sunt.

[illegible] (struck-through marginal note)

Humfred. cont. Rat. Camp. fol. 289. Tertio, ac si inquiunt, Spiritus S. ne quidem loqui
nosset Latine, plurimos in scripturae versione, errores
grammaticos, cum iniuria Sa: Spiritus admiserunt.
Tales errores sunt in novo testamento. Matt 5 u 41
qui te angariaverit mille passus, vade cum illo, et alia duo.

~~duo~~ Et Matt 20 u 25 Principes dominantur eorum, Et u 28
Filius hominis non venit ministrari. Cap 22 u 30 In
resurrectione non nubentur. Lucae 21 u 38 populus
manicabat ad eum. Joan 4 u 9 Non coutuntur. Joan 14
u 12 maiora horum faciet. Matt 17 u 18 Quare nos
non potuimus ejcere illum, idest daemonium. Act 8 u 7 multi
eorum qui habebant spiritus, exibant clamantes. Act 20 u 35
Beatius est magis dare. Act 26 u 3 Te sciente omnia con:
suetudines. Marci 7 u 3 Quanto eis praecipiebat, tanto
magis plus. Lucae 1 u 55 Sicut locutus est ad Patres
Abraham et semini. Heb 3 u 3 Ampliorem gloriam habet
domus, qui fabricavit eam. E Psalmis multo etiam
plura, his non absimilia recensent.

Ita nimirum novos istos Grammaticos offendit hodie simplex
et minimè fucata scripturae phrasis, quemadmodum offendebat
Augustinum, antequam ad Christum converteretur, Cum Aug 3 confess. cap. 5.
tamen à simplici et minimè fucato dicendi genere, authori: Aug ~~l~~. 1 Confess. a cap 13.
tem summam deberet, Nam ut rectè Plutarchus In Politicis
orationem non decet ~~et~~ lucernam olere, exquisitis scilicet
ambitibus, ad perpendiculum compositam, sed praeseferat
veritatem, et simplicitatem sententiarum. [a] Qua curam a Quintil lib 8 in proemio.
fatentur, ficta atqꝫ composita videri volunt, nec gratiam
consequuntur, et fidem amittunt, propter id quod sensus obumbrat, et velut laeto gramine sata strangulat.
in qua verba laudantur, Iecirco Eloquentiae parens, illud
diligenter annotavit, [b] Opinione elegantia, et suspicionem b. 2 De orator.

a. In orator

artificij, apud eos qui res iudicant, oratori adversari. Imminuit enim, et oratoris authoritatem, et orationis fidem, qua causa est, inquit idem, [a] ut se profiteantur etiam qui nesciunt, eloquentiam vero et illi qui assecuti sunt dissimulent, ~~po~~ prudentia enim hominis grata est, lingua suspecta. Qua de re eleganter Arnob. lib. 1 cont. Gent. Ab indoctis et rudibus scripta sunt (eloquia scilicet sacra) quare fortior causa est, ut illa sint nullis coinquinata mendacijs, mente simplici prodita, et ignara lenocinijs ampliare. Trivialis et sordidus sermo est. Nunquam enim Veritas sectata est fucum, nec quod exploratum et certum est, circumduci se patitur orationis per ambitu longiorem: Barbarismis et solaecismis obsita sunt, inquit, res vestra, et vitiorum deformitate polluta. Puerilis sane, atque angusti pectoris reprehensio, quam si admitteremus, ut vera sit, abjiciamus ex usibus nostris quorundã fructuum genera, quod cum spinis nascitur, et purgamentis alijs, quae nec alere nos possunt, nec tamen impediunt perfrui nos eo, quod principaliter antecedit, et saluberrimum nobis voluit esse natura. Et paulo post: Cum de rebus agitur ab ostentatione submotis, quid dicatur spectandũ est, non quali cum amœnitate dicatur, nec quid aures commulceat, sed quas afferat audientibus utilitates, maxime cum sciamus etiam quosdã sapiã deditos, cum possent ornatius atque uberius eloqui, trivialem studio humilitatem secutos, ne corrumperẽt scilicet gravitatis rigorem, et sophistica se potius iactatione

Hieron. Hom 3 in Cantica: Melius est, ut grammaticos offendamus, quam legentibus scrupulum, in veritatis explicatione ponamus.
Gregor. 1 Moral. c 5 Indignum vehementer existimo, ut verba caelestis oraculi restringam sub regulis Donati.
Aug. in ps 138 Melius est reprehendant nos Grammatici, quam non intelligant populi.

ostentarent. Enimvero dissoluti est pectoris, in rebus seriis quaerere voluptatem, et cum tibi sit ratio cum male se habentibus alijs atque alijs, sonos auribus infundere dulciores, non medicinam vulneribus admovere. etc. Secundo illud ego Grammaticis nostris respondeo, quod in re alia dixit Augustinus [a] Solaecismos et barbarismos putant, Schemata, et Metaplasmos mutatis appellationibus nominamus, sicut et Hellenismos, et cur non eodem iure scriptura utatur quo poeta Hebraismos, et usurpet Latinis insolitos? praesertim, cum ut Hieronym. ait, [b] difficile sit alienas linguas insequentem, non alicubi excidere, adeo difficile, ut vel ipse Cicero Platonis quaedam latine reddens, vix Cicero fuisse credi possit. Deinde [b] Si carmina Saliorum, vix sacerdotibus suis intellecta, mutari vetuit Religio, et consecratis utendum esse decrevit quid in idem de sacra scriptura sit iudicium? Audacter igitur dicam cum Ambrosio. [c] Agnovit bos possessorem et asinus praesepe. Imò praesepium dixerim, sicut scripsit qui transtulit, nihil enim apud me distat in verbo, quod non distat in sensu. Et ut Arnobius hoc et ait, Si licuit Grammaticis hoc utria et hos utres, caelus et caelum, crocus et crocum, fretus et fretum, hoc pane et hic panis, hic sanguis et hoc sanguen, cingulum et inguinis, candelabrum et candelaber dicere, quid in liceat scripturae sacrae? [d] His enim rebus ~~et~~ ij offenduntur ait August. qui non rerum scientia, sed signorum pollent, quae non inflari, omnino est difficile. Praesertim cum [e] Nihil peius sit ijs, qui paulum

Aug 3 de doct. Xna c 3 mallem cum barbarismo dici, non est absconditũ à te ossum meum, quam ut ideo minus esset apertum, quia magis latinum est.

Aug in psal 138 ossum osse dixit, et melius sit ut nos reprehendant Grammatici quam ut non intelligat populus.

a Aug. De ordine lib 2 c 4. 17.

b Praefat in Chronic. Euseb.

b Quint. lib 1 cap 10

c Amb. in c 2 Luca.

Galen 1 Method c 5 Siquis vero soloecismum commiserit, non aliquod incommodi, ad rei ipsius scientiam, nihil affert incommodi, modo de qua re nomen generit, dare apti est.

d Aug 2 de doct. Christ c 13

e Quint. lib 1 cap 5 initio

aliquid ultra primas literas progressi, falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt: ~~Verum~~ hi enim carpunt omnia, vellicant, indicant. Non ita veteres illi doctissimi Patres, Augustinum audi. [a] Sanguina latinum non est, sed quia græce positum est pluraliter maluit interesse, minus latine loqui secundum grammaticam, et tamen explicare veritatem, si enim diceret ex sanguine singulari numero, non explicaret quod volebat, ex sanguinibus enim homines nascuntur, maris et fœminæ: dicamus ergo, non timeamus ferulam Grammaticorum, dum tamen ad veritatem solidam perueniamus: [b] Non solum enim verba singula, sed et locutiones sæpe transferuntur, quæ omnino in latinæ linguæ usum, si quis consuetudinem veterum qui latine locuti sunt, tenere voluerit, transire non possunt. Hieronymus vero [c] cum sæpe alias, errores quosdam Grammaticos ~~etiam~~ in ~~[illegible]~~ Epistolis Pauli annotauit, tum vero explicans illud ad Gal 6 v 1. Vos qui spirituales estis corripite huiusmodi, considerans teipsum: Debuit inquit secundum ordinem dicere. Vos qui spirituales estis instruite, considerantes vosmetipsos. Sed profundos sensus aliena lingua exprimere non valebat, nec curabat magnopere de verbis, cum sensum haberet in tuto: Moneo igitur Grammaticos nostros, cum Augustino, [d] Discant non irridere siquos Antistites, aut ministros Ecclæ, forte animaduertant, vel cum Barbarismis, et Solæcismis Deum inuocare, vel quæ pronunciant non intelligere, perturbateque distinguere, Si enim

a Tract 2 in illud Joan. Non ex sanguinibus.

b. 2 de Doctri. Chri. cap. 13 lib 3 cap 3

c Hier. Epla 150 q 11 ad Hedibi: Epist 151 q 10 ad Algas.

Vide Hiero lib. 3 c 7. v 5 ubi Pauli hyperbatis abundare ait,

d. De Catechiz. rudib. c 9

1 Cor 2 Animalis vero percipit quæ spirit. studia v[illegible] etc: Plin: ~~Augustinus~~ [illegible] perdit. [illegible] appellat

morum vitia, quam verborum amplius deuitant.

Denuum ultimo et illud addo, multa quæ Nouatores vitia putant, vitia non esse. Nam ut mittam licitum esse non solum nouis rebus noua nomina indere, sed etiam ~~[illegible]~~ ei qui idiotismos linguæ originalis ex qua in aliam linguam transfert fideliter, etiam contra usum alienæ linguæ retinere; Certe si illo Matt 5 v 41 vitium est Grammaticum, plena sunt veterum latinorum scripta, vitiis, Nam inprimis græcum ἀγγαρεύω quo utitur hic et c 27 v 32. et Marcus c 15 v 21 æque non est græcum, ac ~~est~~ latinum non est, angario. Quod vero mutetur genus in ea sententia, nouum non est, sæpe enim latini, non tam ad vocabulum, quam ad sensum respicientes genus mutant, idque cum antecedentibus, si rerum species, non seruet genus posterius, cohærent sensum: ut Lucretius lib 1 Crescunt arbusta, et fetus in tempore fundunt, quod cibus in totas usque ab radicibus imis, per truncos ac per ramos diffunditur omnes: Totas quo nisi ad Arbusta refert? Lambinus in eum locum, Totas retineo ait, sed Arbores subintelligo, ut res significata spectetur, non vocabulum quod Trat:
Ita ergo et hic, alia duo, subintellige Milliaria, vel Millia passuum: Simile est illud Varronis lib 1 de re Rustica c 12. Si cogare secundum flumen ædificare, curandum ne aduersus EVM ponas cum scilicet fluuium, et tamen in oratione expressit, flumen ad rem enim potius, quam ad vocem fit sæpe relatio, ut et apud Ennium lib 10 Annal

Insignita fere tum millia militum octo
Duxit delectos, bellum tolerare potentes:

Et Prudent lib 2 in Symmach. creditur istis
Numinibus, qui transfugio meruere sacrari:

Aug Tract 97 in Joan,

Angario.

de qua voce. Sic Beda in eum locum, Retinui verbum angariauerit, quia latinum nullum habeo, quod vim illius exprimat, deinde et Vlpianus illud non repudiat lib 40 pand. de Priuileg. Veteranorum.

Sic et ad Gen. 7. v. 15 Anus bina et bina: Sed illud (bina) ad nomen generale (Animalia) refert. Sic et illud Maiora horum facient. Et Matt. 17 ne plui. mul. [illegible] illud f

Nicetas lib 8 c 42 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Joan 7 v 12 Murmur multum: Conuersi in vestula. Et Nonius testat masculinum [illegible] i [illegible] ad quod Varronis testimonium adfert,

Principes gentiu[m] dominant[ur] eoru[m]:

Pari ratione, recte dictum, Principes gentiu[m] dominantur eorum, gentilium scilicet, Nam ut Beza notat 2 Epla Joan initio, Habitus aeque familiaris est, relatiua ad sensum, quam ad uerba ipsa referre. Quis ita interpres nostre, non Hebraeo graeco et latino, et optimor[um] auctorum exemplo, respexit ad sensum potius quam ad uerba, et subaudiuntur illa uocabula, quae pronominibus illis genere respondent. Eadem causa, recte dictum illud, Docete omnes gentes, baptizantes eos, scilicet homines.

Docete gentes, baptizantes eos

Respondent et illud Matt 22 Impletae sunt nuptiae discumbentium, pro discumbentibus: atqui et Virgil 1 Aeneid. Implentur ueteris Bacchi pinguisque ferinae, Plauti. Me compleuit flagitii et formidinis. In eo, Non ueni ministrari latinus nil magis peccat quam graecus, nec διακονηθῆναι tam est graecu[m], quam ministrari latinum, sicut ergo dicere solemus, Non ueni audiri, spectari, sed audire, spectare, et sic ita est.

Impletae nuptiae discumbentiu[m]

ministrari

Non Nubent.

Non nubent neque nubentur, nil barbari habent, Nam inprimis Nubere ueteres non solum mulieres, sed et uiros dicebant ait Nonius, Martialis. Uxori nubere nolo meae Juuenal, quid quaeris? nubit amicus, Suet Tacit de Nerone id. Nubentur autem, latinum est, Nam Plautus in Persa, nubitur impersonaliter habet, Nuptus seu Nupta est passiua significatione saepe apud ueteres, Si enim recte dici potest, id quod terram aqua nubat terras, a quo Neptunus dictus ut loquitur Arnob lib 4. quid ni recte dicetur, Terra nubitur aut nubetur aquis?

manicare.

Manicare, non magis barbaru[m] latinis, quam ὀρθρίζε graecis, quam uocem nusquam alibi nisi in sacris libris repertam.

exprimere uoluit nouo uocabulo interpres, quod August 9 26 in lib. Judicu[m], ait sibi non occurrere, an uerbum manicare sit latinum;

Contendi uocabulum, si nouauit interpres, quid miri? nec alio uocabulo συγχρῶνται graece exprimi potest. Beza uertit, Utuntur, et respondit Erasmum qui uertit, commercium habent. Dicit dictio graeca, non usum simpliciter, sed mutuum usum significat.

Idem de uoce Paenitemini, Intentator minorauit.

Maiora horum faciet, et Hebr 6 per maiorem sui iurant. Hellenismi sunt usitati, genitiuos coniungere comparatiuis Cic in Valerium, Caeterarum rerum praestantior erat. Curtius lib 5 In oculis duo, maiora omnium, nauigia submersa sunt.

Illud Act 8 eodemmodo in graeco ~~uerba~~ habentur, ita enim ad uerbum graeca Multorum enim habentium spiritus immundos, clamantes uoce magna exibant, subaudiri ergo in latino debet, liberabantur, ut sensus sit, Multi liberabantur qui habebant spiritus, et clamantes exibant.

Illud Beatius magis, usitatum latinis. Plaut in Sticho magis est dulcius, Valer lib 3 Inuidia magis quam pecunia locupletior, Plaut Menaech Magis maiores nugas egerit.

Albericus Gentilis Professor Regius in Anglia lib. De latinitate ueteris Bibliorum uersionis male accusata Edita Hanoviae anno 1605.

Fol. 6. Vulgus flagellat illum interpretem, quia barbarus sit, et soelecus. Et Nuper uidi summi Theologi nostri thema compositum de barbarismis, et soelecismis illius, eius irridendo. Et fuisset quidem irridendus homo, qui totam suam uersionem scripsisset, ut noster scripsit totum thema. Sed qui in uolumine magno habet tantum pauca illa, quae noster notat, nec exemplo caret scriptorum laudatorum, nec si caruerit, adeo fuit deridendus impotenter. Facit faciem naruis uenustiorem, quae, tota naruus sit deformissima:

Hunni Const. lib 2 c 14.

Ibid Ep Drusio. quaedam melius convertit, quam recentiores.
Fol 7. Beza praefat. in Apocalyp: Rusticos solaecismos, et barbarismos
in Apocalypsi agnoscit, et sic defendit, quoniam Joannes noluit
nec à verbis discedere, quibus plerumque utitur prophetam. quod
ego pro versione illa latina, non semel attulerim, ubi idem,
est aliquando quaesitum, ne à verbis discederetur. Sic et graecorum
translatorum dictio, magna ex parte Ebraica. Attamen nec summa
illa sermonis puritas debet esse in autoribus quaeri (ait Beza
Lucae 22. Act 24. Marci 13) et semper, pro certo, loquendi
emendati, qui sequuntur autoritatem Dei. quae Beza divinissime.
Fol 8 Etiam in sua lingua propter quidam soelecismos notati; et
admittit ipse Beza Act 10. Causa autem, pro adprobanda
fidelitate versionis, probatur mihi maxime. Lucullus (ait Gien
Act. 16) in suis historiis, quo facilius eas probaret Romani
hominis esse, barbara quaedam, et soeleca dispersisse dicitur, Et
non vetus interpres, quo facilius probaret, de Hebraeo et graeco esse
probe translationem confecisse?
Folio
Angariandi verbo usus Ulpianus l 4 de Veterat. retinet Beza Matt 5.
Iron lib 1 c 23:
Verbum Nocendi cum quarto casu, infamat Theologos, sed elegantissimum est,
et Plautinum. Et noceri passive dicitur Vitruvio, Larix à tinea non nocetur
Fol 11. Mille passus, et alia duo; flagellat hoc Theologus: Sed ut dist 38
c 13 ait Grego. Indignum est ut sub Donati regulis verba coelestis
NB. oraculi restringamus: Priscianus lib 17 ad illud Virgilii. qualis enim,
cum Parmesse sub ipsa. Ipsa ait, ad intellectum Urbis refertur, nam
Parmesse mutuum est: Saepe talia in prosaris quae notat tam(en) Terentius in
Lucretium. Grisanius. Ita hic, subaudi, miliaria, vel millia.
Fol 12 Principes gentium dominantur eorum: Error scribentis, pro Earum.
Everrit domum: Everrit legendum, errore scribae vitiatum.
Fol 14 - Dominantur eorum: Impletae nuptiae discumbentium, Graecismi sunt
etiam Virgilii 1 Aeneid. Implentur veteris Bacchi: Apud Plautum saepe
plenus spei, vitii, probri: Virg. quae regio in terris nostri non plena laboris:

Fol 15: Exemplo graeci sermonis tuemur illa Joan 19. Maiora horum.
Heb 6 maiorem sui. Comparativa enim graeci, genitivo adiungunt
et latini imitantur imitantur, ait Priscian lib ult. Maiora omnium
dixit Curtius
Fol 16. Etiam hic famen nubimus, quod inflictum ait Prisciano
Matt 22 Nec nubent, nec nubentur: Nubitur etiam Plautus in Persa
Lucae 20 Filius hominis non venit ministrari. Beza Rom 15
retinet, mutuatus hoc verbum ex graeco, vel effomavit, ut ad verbum
reddat. Fol 17. quaedam ait minus latina, et verba et idiomata
vetusta, voluit notiora: [a] Radicare quis dicit latine, et ponit absolute? | [a] Beza Matt. 3.
[b] quis confiteri in significatione usitata tali? [c] quis benedicere cum | [b] Id. Matt. 7.
accusativo? ~~quis examinor~~ Beza Act 4 Examinor passive nega(t) | [c] Id Act. 5.
se legisse, sed legere potuit apud Cic. 2 de oratore. Beza Act 2
Vereminitur negat se apud latinis legisse, habet tamen Vopiscus in Tacito.
~~Beza~~ Fol 18. Notat Erasmus quaedam in versione veteri, quae
defendit Beza Matt 1 et 7. Tanti periculi est dicere, hoc latinum est,
hoc latinum non est.
Haec retinet Beza tanquam Theologica, Blasphemor, Infidelis, Idolum,
Mortificare, Sanctificare, sanctificatio, Apostolare, Mediator, Angelus,
Baptizare, Evangelizare, Zelus, Martyr. Ethnicus: Eheu quas
ad disceptationes deducta est Theologia, Simia similium philosophiam Simia Beza 89
eorum quaestus est olim, et nos Theologiae partem istam non
deploremus. Beza Rom 3 et 5 Etiam familiaria verba
Paulo, Inusitata graeco sermoni.
Fol 19. Coutor Joan 4. latinum non est, sed repraesentatum est
de suo graeco συγχρῶνται, ut ergo dicimus coamatores, coamicos
coaccedere, coaestimari, ita et hoc.
In verbo Manicare, quis unquam legerit? Respondeo, me legisse

est scilicet a mano, manico, ut a fodo fodico, quod in Chrysologo
laudatissimo scriptore, aevi Imp Martiani, ~~fere~~ legitur.

Fol 21 Psal 36 Zelare ipsos: Similiter in August 3 de Civit
c 3. 22 cont Faust c 79

Calefacimini Jacob 2. legitur apud Vitruvium 4 c 7. lib 5
c 10, Calefacientur, calefaciuntur: Etiam alij dicunt facitur, parvi
facitur.

Lingualam Eccl 10. carpit, Tertull lib de Anima, Garrulitatem
linguatam dixit.

Infirmitatem Eccl 23: Sed usurpavit id Seneca lib de
Vita Beata, et recitant lexica; et nemo hodie non novit probum
vocabulum ex Festo, ac Nonio.

Fol 22. In praesentiarum Gen ult. Habetur 4 Annal Tacit.
tertio floridorum Apuleij. Hieron ad Algas q 11.

Nimietas Sap 4. usus eo Hieron Epist 27. Arnobius
lib 7. Servius in 8 Aeneid. alij apud Lexicographos: Tandem
exclamat in Hunnium. Nec ~~legit~~ consuluit Theologus lexica?
NB Nam Priscianum sat scio, non illi lectum.

Migrare notat active dici pro transferre Ps 51. Sed
sic dixit, Gellius, ipse Cicero. Gell lib 20 c 29. Cic 1 de Divinat.

Fol 23 Ne mihi dicat Beza Act ult. se non meminisse legere
apud latinos, vocem Castorum, utitur ea Arnobius, Minutius. Trebellius
Fol 24. Addit: ex Quintil lib 1 c 6 Ridiculum esse malle sermonem
quo locuti sunt homines, quam quo loquuntur, multa usu recepta vocabula,
NB quae Ciceroni ignota: Commendatur versio ex scriptoribus Ecclesiis. Tertull.
Arnobio Hieronymo, alijs, dico audacter, nihil esse in veteri versione
quod in illis non ostendam. Gell lib 12 c 13 Consuetudo cum omnium
domina rerum, tum maxime verborum. Horat, multa renascentur quae iam
cecidere, cadentque, quae sunt in honore vocabula, si volet usus.

Fol 24. Impetit istic censor, dum ait, odi in alijs temporibus
nullo usu esse, mallet in vulgato dici oderunt, odivit, odite:
Ego legi odientes apud Tertull 4 con Marc: odivi dixit Antonius,
osi sunt Tertull Apolog, osus sum dicebant olim ut Servius 5 Aeneid
Hieron Epist 18 odiremur a mundo.

Notat Theologus Partibor, pro partiar, Molibor pro moliar
dici; Et nemo hac non novit de Nonio, et his similia, Vivebo,
Venibo, Vicebo, Expedibo, Audibo, Aperibo, obedibo: Antiqua sunt,
At huiusmodi delectati Tertull. Arnobius, alij propiores tempori eius
translationis.

Fol 25 Illa aetas, etiam graecis liberius usa dictionibus,
etiam cum latina essent clariora, Vulg Matt 21 ait tempore Evan-
gelistarum multis graecis vocibus ~~us~~ utebatur vulgus: sic igitur dixit
vulgatus Esa 59 Aporiatos.

Fol 26. Flagellat Theologus interpretem, quod Psal 68 Gratis
ponat. pro absque causa, Sed particulam graecam δωρεὰν exprimit
particula gratis. Adi Velam Galat 2; Eodem usus Aug 3 cont Acad.
Quam multa talia in Tertull, Retrosiones, et antiquiones. Temporalitas Tertullianae
et eadem tempus, passivi et quod passim, passivitas et Inconstantia
planitus, nativitas, gentilitas. etc in Tertulliano. Originitus
apud Ammian lib 31.

Intentator Jacob 1. sed particula in, variat pro locis, apud
Tertull, Inbonus, Incorporatus, Inermis, Ineloquens, et apud Aug 12
de Civit Invocare, pro non vocare. Inimbis dies, Inclarum pro
non clarum dixit Symmachus

Fol 27. Gellium August 9 de Civit c 4 virum elegantissimi eloquij Gelliana
vocat, quam multa tamen habet, quae alibi non invenias, Ignoscentia.
Ignoscibilis, Inadulabilis, Infortunitas, Insomnia et vigilia. ut lib 9 c 4
res incredulas et incredibiles: quid in ergo Interpres Tit 1. dicat
Incredibiles, et Incredulos, ut vocabularia id notant apud Apuleium:
sicut ergo Virgilius Pernoctabile pro pernoctante solo dixit. Ita q

Augustiniana

Fol. 30 Apud Augustinum quot verba, quae nusquam alibi! Magnè. Firmamenti = stanti, Sensa est mors. Cunctim. Congregem quod et Prudentius habet, sicut et Pugnorem. Silitum ait, Pensores. Insignitores, et dum loquitur de Agar tradita Abrahae. Dedit (ait) eam faciendam viro suo. Principiare, Tradiganum, Spernentius, Minutularius;

Hieronymi.

Hieronymi. Devirginata, quod etiam habetur lege 21 de off. praes. Impudorata es. Auspiciator, Dulcorare. Exsultantiores.

Arnobij

Arnobij. Honoratio eadem significatione, Cultio. Muccinium = Lintolum muco nasi excipiendo pro reminiscentia, ~~Retinentia~~ Repebentia, Lucrubio Retinentia. Minuties, Prognare, Gnaricavit, Unita, Gnariores. Olidulas nebulosositas:

Fol. 31 omnia haec quae in vulgato respondent, deprehendi ait apud Ecclesiasticos, medij aevi scriptores, et ~~fortasse~~ priorum scripta in textu, in quibus illi diversi modi:

Populo xs 77; At in Vocativo non legitur ait Theologus at Priscianus lib 17. Sinus Armid 8 et 11. Fluvius pro fluvie, populus pro populo. Plinius ad Ciceronem. salve, omnium primus, parens patriae, appellate: ut appellate, ita populus meus. Et Metaplasmus similis saepe apud veteres, ut Ocle, pro oculus Ausonio solum

Baruch omittit Concil. 3 Carth. et Innocent. August.

libros veteris testamenti quidam 22 [illegible]
[illegible] 29, ideo Judaei [illegible]
[illegible] quatuor et viginti

Epistolae [illegible] libri 27
[illegible] quia [illegible] libris adiungit [illegible] quasi [illegible]

Apocrypha quod authores obscuri [illegible]
[illegible]
[illegible] Aug. 15 de civit. [illegible] 2
[illegible] et 15 de civit.
c 23 [illegible] origo [illegible]
ἀποκρύφων [illegible] Matt 20 v 25
[illegible] Coloss 2 v 3

Veterum Patrum qui Canonem scripturae texuerunt
harmonia

1 Novissime Concil. Trident. Sess. 4 catalogum [ad fortem?] librorum Canonicorum — Concil. Trid.
texuit: cui per omnia consentit Concil. Carthagin. 3. cui — Carthagin. 3.
Anno 419 Augustinus subscriptus legitur, can 47, et habetur tomo 1 — [illegible]
Concil. Edit. Colon. an 1567, fol 508, nisi quod Baruch — lib 5 [illegible]
non meminit, et libros Salomonis nominatim non exprimit, — [illegible] Baron tom 5 [illegible] an 419
sed hoc solum modo, Salomonis libri quinque, Pauli Apostoli — [illegible] Epla 235.
13 Epla, Eiusdem ad Hebraeos una: caetera omnia ut in Trid:
num et Apocalypsim, et Machabaeos, et reliquos omnes numerat.
405 3 Innocentius 1us Epla 3 quae est ad Exuperium, Data Stilicone — Anno 405.
2, et Anthemio Consulibus, cap 7, et habetur tomo 1 Concil. — Cod. Jur. Romanorum dist. 19.
citato fol 531. Eosdem per omnia libros enumerat quos Triden.
nisi quod et ipse Baruch omittit. Et ita loquitur. Salomonis
libri quinque. Prophetarum libri 16, nomina non ponit
Pauli Apli Eplae 14 sed nec ibi nomina ponit, caetera omnia
ut Concil. Trident:

nec Baruch omittit quia 16 prophetas dicit, et sub Hieremia Baruc intelligit more communi.

4 August. tom 3. lib 2 de doct. Christ. c 8 diligenter libros sacros
enumerans eosdem per omnia ponit quos Trid. unico Baruc
non nominato: Addit librum Sapientiae et Ecclesiasticum de quadam
similitudine dici esse Salomonis, cum tamen Jesus filius Sirach
eos scripsisse constantissime perhibeatur, qui tamen, quoniam
in autoritatem recipi meruerunt, inter prophetas numerandi sunt:
Ideo 44 veteris testamenti libros ~~[illegible]~~ esse, concludit Augus.
In novi testamenti centum per omnia cum Tridentino convenit.

Col. Baruch [illegible] Hieremiae [illegible], alias omnia ut Trid.

5 Athanasius in Synopsi sacrae scripturae [illegible] libros novi testamenti per omnia
ita enumerat ut Triden., et de Apocalypsi ait esse, Joannis Theologi
quae a priscis [illegible] sanctis et dei spiritu imbutis patribus
velut quae illius sit accepta et approbata est: et fol 132 subdit.

Et habetur tomo 2 Edit Conciliorum an 1600 fol 61

Vide Athanasij [illegible] Epistolam.

Gelasij in Concil Roman. sub [illegible] Romano dist 15
Concil. Florent. in Epla Eugenij ad Armenos.

Apocalypsis est Joannis Evangelistae et Theologi: ponit ergo 14 ad Hebraeos Eplam, et 7 Jacobi et ut Vidimus: De libris veteris testamenti, dicit 1 et 2 Regum pro uno volumine computari, 3 et 4 item pro uno; sicut 1 et 2 Paral pro uno, 1 et 2 Esdrae pro uno, Concludit. Sunt igitur Canonici veteris testam. libri 22, tot Hebraicis numero pares: Postea postquam enumeravit omnes: subdit. Praeter hos autem, sunt alij eiusdem veteris instrumenti libri, non Canonici, qui Catechumenis tantum leguntur, Sapientia Salomonis, Sapientia Jesu Sirach, Esther, Judith, Tobias, (Machabaeorum non meminit) quidam vero ex veteribus, apud Hebraeos pro Canonicis reputari dixerunt librum Esther, et Judith, quam cum historijs Judicum uno libro comprehendi, historiam vero Esther, ad aliud volumen Canonicum pertinere. Reliquos libros omnes ut Vidimus enumerat, Et Ruth separatum librum ponit, non ut alij annexum Judicibus:

6. Concil Laodicenum 2m, habetur Tom 1 Concil citato fol 459. Can 59 quae Synodus, ibid, confirmata dr à 6 Synodo celebrata in Trullo Novum testatum per omnia ut Vidimus, nisi quod Apocalypsim omittit. ponit n et numerat Pauli 14 Eplas, Canonicas 7 ut Vidimus: Ex veteri testo, omittit Tobiam, Judith, Sapientiam. Ecclesiastici, Machabaeos [Baruch] vero et Esdram ponit, sed numerum librorum non apponit.

Sexta Synodus: Cap Quoniam. dist: 16.

Apoc

7. Concil Roman, sub Gelasio, habetur apud Gratian. dist 15 Cap 3 Sancta Romana. Ubi etsi non enumerentur omnes libri, nec aliud concilij intentum, quam ut ordinem tradat, quo in Divinis officijs tractatus Patrum, et scripta legantur, Tamen et Apocalypsim nominat, Et librum Machabaeorum in singulari, quamvis

Can Sexti. dist 16

in margine additum (libri) vel forte duo libri, pro uno computentur ut primus et secundus Regum pro uno &

8 Nazianz Tom 2 Edit Parisiens an 83 fol 1318. Carmine de veris et Germanis scripturae libris: Ubi libros novi testi per omnia ut Vidimus, nisi quod Apocalypsim reticet, ponit enim 14 Eplas Pauli, Septem Canonicas ut Vidimus, ubi et illud

Matthaeus Christi Hebraeis miracula scripsit,
Ausonibus Marcus, Lucas ac doctus Achivis
Cunctis Johannes:

Veteris testamenti libros ita enumerat ut concludat, Esse

Tot numero [illegible] Hebraea quot sunt elementa loquela.

Unde Regum duos libros, Unum Paralipomenon. Unum Esdrae ponit

quinque metris constant, Job. David, Tres Salomonis,
Concio, et insignes cantus, Proverbia sacra.

Unde tacet Nazianzenus Tobiam, Judith, Esther, Sapiam, Ecclesiasticum, Machabaeos, Baruch, sed tacet tantum, non rejicit distincte ut opinor

+ Apoc

9. Cyrill Hierosol Catechesi 4. librum Ruth Judicibus annectit. 1 et 2 Regum unus apud Hebraeos, unus item qui nunc dicitur tertius et 4. Similiter paralipom 1 et 2 apud illos unus est, quemadmodum et 1 ac 2 Esdrae: Libri Carminum, Job, Psalmi Proverbia, Ecclesiastes, Cantica, ponit et librum Esther: Addit Hieremia cum Baruch et Threnis, concludit. Viginti duo libri veteris testati. Omittit Tobiam. Judith. Sapiam Ecclesiasticum. Machabaeos. Ex Novo testato omnia ut Vidimus, nisi quod Apocalypsim negligit, Ponit 14 Eplas Pauli. 7 Catholicas, ita enim vocat.

+ Apoc

Ambrosij citat librum 4 Esdrae, lib de bono mortis c 10. et lib 2 in Lucam, sed non dicit esse divinum librum: Aug 18 Civit c 36 citat fidem tertium Esdrae

Epiphan. lib. haeres. 8 et lib. 3 haeres. 56 quae est Arrianor.

Nota de quo canone Patres loquantur.

10 Epiphan. Initio libri de Ponderibus et mensuris: Viginti septem ait esse libros veteris testati, verum 22 iuxta alphabeti apud Hebraeos ordinem numerati quia Connectitur ni liber Ruth Judicibus, 1 et 2 Regum dicitur unus liber, 3 et 4 rursus unus, 1 et 2 Paralip. unus, 1 et 2 Esdrae unus, Sicque in quatuor quinarios componuntur libri, et remanent alij duo quos Addit de Sapia Salomonis et Jesu Syrach: Utiles sunt et commodi, sed in numerum receptorum non referuntur, quare nec in Aaron, nec in ARCA TESTAMENTI repositi sunt: Idem Initio libri de Haeresibus, in secta Epicurea, Habebant inquit, Judaei, usque ad reditum a captivitate Babylonica libros 27, non 22 iuxta numerum hebraicarum literarum numeratos: Enumeratis aliis addit. Hieremiam cum lamentationibus et Epistolis ipsius ac Baruch, ubi subdit, Sapiam Syrach et Salomonis apud Judaeos esse ambiguae lectionis.

Ex veteri igitur testato, solum omittit Epiph. Tobiam, Judith, Sapiam, Ecclesiasticum, Machabaeos, cum Baruch et Esther annumeret sacris:

Novi testati non habet Catalogum:

11 Damas. lib. 4 c. 18. Novi testati omnia ut vide, 14 apli Pauli Eplas, 7 Catholicas, 4 Euangelia, Actus Lucae ~~evangelistae~~, Apocalypsim addit. Canones Aplorum per Clementem. De libris veteris testati fere ad verbum eadem quae Epiphanius, lib. de Ponderibus Ruth committitur ait cum Judicibus, 1 et 2 Regum liber unus, 3 et 4 unus, 1 et 2 Paralip. unus, 1 et 2 Esdrae unus. Postea omnes libros in 27 qui tamen 22 numerantur, in quatuor Pentateuchos dividit ut Epiphan. Et eosdem libros recenset

eosdem et omittit quos Epiphanius, Et subdit, Qui autem omnium virtutum doctrina referti sunt, hoc est, Sapia Salomonis, et Sapia Jesu, quam pater Sirach composuit Hebraice, Studiosi quidem hi libri, pulchrique et honesti, sed non numerantur in propheticis libris, neque ponebantur in ARCA

Nota quos canonicos numerent.

12 Josephus lib. 1 cont. Appion sub initium: Duo et viginti sunt libri apud nos, quorum quinque quidem sunt Mosaei, qui de tribus millibus ~~[illegible]~~ annis, paululum minus, sunt, A morte Moysis usque ad Artaxerxem, prophetae suorum temporum res gestas conscripserunt tredecim libris, Reliqui quatuor hymnos in Deum, et vitae humanae praecepta noscuntur continere.

13 Hilarius praefat. in Psalmos: In 22 libros ait, lex veteris testamenti deputatur, ut cum literarum numero conveniant: Eosdem enumerat libros quos Cyrillus supra, eosdem omittit quos Cyrill. ad Hieremiam addit, Hieremias cum lamentatione et Epistola quo etiam modo Epiphan. Baruch Eplam dixit, et Orig. infra. Baruch

14 Eusebius, qui lib. 3 hist. c. 3. Petri Epla prior, citra controversiam recepta est, eam vero ~~tamen~~ quae posterior dicitur, non esse legittimam accepimus. Et tamen, quia multis videtur utilis, cum aliis est usurpata scripturis: Quatuordecim vero Pauli Eplae manifestae sunt et apertae, quod autem quidam eam quae ad Hebraeos est reprobarunt, quasi Pauli non sit, A Romana illi Eccla contradici asserentes, iustum fuerit non ignorare, et quid de hac dixerint, qui nos praecesserunt, suo loco adjiciam. Petri

Hebr.

Ibid. cap. 25. Conveniens est, ut novi testati scripturam, summatim colligam. Postea, numerat, quatuor Euangelia, Acta, Epla Pauli [illegible] illis subjiciatur quae prior Joannis esse fertur, similiter et quae Petri est authentica. Post has ordine, si visum fuerit Eccl. [illegible]

Certa enumerata et omnibus recepta:

Quaedam a multis recepta, non ab omnibus.

Apocalypsis Joannis, de qua quid sentiatur, suo loco exponemus. Et haec quidem scripta pro indubitatis habentur. Quibus vero contradicitur, tametsi multis sint cognita, sunt haec. Epistola quae Jacobo tribuitur, Epistola Judae, Posterior Petri, Altera cum tertia Joannis, sive illae Evangelistae sint, sive alterius cuiusdam eiusdem cum illo nominis: Addit iterum, haec a multis Ecclesiis legi, licet illis contradicatur

An 150.

15 Melito Sardiensis ~~Origenes~~ apud Euseb lib 4 cap 26 Veteris testamenti libros enumerat. ~~Ab~~ Quinque Moysis, Jesus Nave, Judices, Ruth Regum 4. Paralip duo, Psalmi. Proverbia Sapientia. Ecclesiastes Cantica, Job, Isai. Hierem. Duodecim Prophetarum. Daniel. Esdras, duodecim ~~minores~~ prophetarum liber unus: Ubi vides Esther omitti De novo testamento nihil.

16 Origenes apud Euseb lib 6 c ~~..~~ 25. Sunt ait viginti duo libri apud Hebraeos. Gen. Exod Levit Num. Deut. Jesus Nave. 7. Judices et Ruth, 8 1 et 2 Regum apud eos unus, 9 3 et 4 Regum apud eos unus, 10 1 et 2 Paralip apud eos unus. 11 1 et 2 Esdrae apud eos unus, 12 Psalmorum liber. 13 Proverbia, 14 Ecclesiastes, 15 Canticum canticorum, non enim legendum ut quidam putant Cantica canticorum. 16 Esaias, 17 Cum Jeremias et Epistola liber unus Jeremiae. 18 Daniel 19 Ezechiel. 20 Job ~~...~~ 21 Esther, Praeter istos sunt libri Machabaeorum: Pergens porro Euseb ex eodem Origene catalogum librorum novi testamenti texere: Ait 4 Evangelistas. Petrus vero super quem aedificata est Ecclesia Christi, contra quam portae inferorum non praevalebunt, unam Epistolam, de qua certo

Ergo marsal canoni: est in 22 libri:

Nota. Enumerat de quibus certo constat:

150	Melito	340	Athanas	370	Naziz
226	Origen	350	Hilar	370	Epiphan
326	Euseb	365	Cyrill	390	Hier
				390	Ruffin
				771	Damas

constat, post se reliquit. Esto reliquerit et alteram, de illa namque controvertitur. Joannes qui supra pectus Domini in caena recubuit, scripsit et Apocalypsim, reliquit autem post se et Epistolam, paucis versibus compensatam, Esto adjiciantur et altera et tertia, Quidam enim non omnino illas germanas dicunt. Postquam vero Epistolam ad Hebraeos dicit non referre stylum Apostoli, qui fatetur se imperitum sermone, cum tamen illa Epistola graece elegans sit: addit. Sensum huius Epistolae Apostoli esse, phrasim alterius, qui dicta Apostolica annotavit, Itaque si quae Ecclesia Epistolam hanc tamquam Pauli habuerit, complectatur eam et approbet. Non enim eam temere veteres prisci viri, Pauli esse tradiderunt:

Quaedam Ecclesiae recipiunt

17 Hieron Epistola 103 ad Paulinum cap 7. enumerans libros veteris testamenti, commitit omnes quos Nazianzenus, insuper Paralipomenon librum unicum nominat in singulari Prologus Galeatus

Idem ipse in Epistola 111 Praefat in Judith, Apud Judaeos ait liber Judith inter hagiographa legitur, cuius autoritas, ad roboranda ea quae in contentionem veniunt, minus idonea judicatur. Sed quia hunc librum Synodus Nicaena, in numero sanctarum scripturarum legitur computasse, acquievi postulationi vestrae Hagiographi

18 Ruffin in expos Symboli, circa illa verba. Sanctam Eccles Cathol. a n 151. Novi testamenti libros per omnia ut Concil Trid. Pauli Epistolas 14, Petri 2. Joan 3. Jacobi. Judae, Apocalyps. Veteris testamenti libros numerat, Pentateuchum, Jesum Nave, Judices cum Ruth. quatuor regnorum qui duo apud Hebraeos, Paralipomenon, Esdrae libri duo, Hester et Addit. Esse alios libros qui non Canonici sed Ecclesiastici nominantur a maioribus, ut Sapientia Salomonis, Ecclesiastici et Jesu Sirach, Tobias, Judith. Machabaeorum libri et quae legi quidem in Ecclesiis voluerunt, non tamen proferri ad autoritatem ex his fidei confirmandam:

Isidorus lib. 6. ~~...~~ Etymologiarum et lib de officiis

De Francisci Davidis condemnatione

Anno 1579 Convocati iussu Principis variarum Ecclesiarum ministri et proceres, Albae Juliae, 1 die Junij in frequenti consessu, Alexander Kendi nomine Principis causam conventus indicat, ut scilicet vindicaretur Christi gloria, contra quorundam novas, et inauditas ante blasphemias; Caput autem rei esse, Franciscum Davidem contra publicum regni edictum quo vetabatur, ne ulla nova opinio in regno praedicaretur, ausum docere, Christum servatorem nostrum nec invocandum, nec adorandum esse, quod nihil penitus aut divini, aut humani auxilij nobis dare possit: Quaesitus ergo David, An hoc ipse docuerit? Respondet se Claudiopoli in postrema concione, super illa verba, quaecunque ipsi [illegible] facite, ita locutum fuisse. Nullus cultus placet Deo nisi habeat praeceptum; sed non habemus praeceptum de adoratione Christi; Ergo hic cultus non placet Deo, si enim cultus aliquis Christo tribui debuisset, is per divinam Maiestatem tributus fuisset, unde hac quoque in parte apparet figmentum papisticum, si enim extra scripturam quaerimus causas adorandi Christum, tum possumus et vivos et mortuos sanctos adorare poterimus:

Blandrata qui Davidem accusabat, respondit, non disputari hic de veritate rei ipsius, sed solum an hoc sit novum dogma recens invectum contra regni edicta. Deinde profert Blandrata Thesim Francisci Davidis, sua manu scriptam, quam Fausto Socino misit, quia talis est.

Christus invocari nec debet, nec potest. Et addit. Exempla invocati Christi ex sacris literis allata, non convincunt Christum esse invocandum, vel invocandum; Nam in primis ~~[illegible]~~ sicut alij divini consueverunt et patres, quatenus viam et modum ostendunt [illegible] et impetrandi non [illegible] officium conservant. Ita Christus: Deinde de [illegible] dirigens viam nostram, quatenus ostendit viam qua incedere debemus: Christus etiam [illegible] omnium potentiam in caelo et terra, quatenus per Ministerium eius Ecclesia quam Judaeis (qui nomine Caeli et terrae [illegible]) Deo reconciliant: Alia potestas quae Christo tribuitur, illa potestas est quam habebit cum Judicabit orbem. non autem quam nunc habeat. Christus enim in terris fuit, curam gessit Ecclesiae, nunc non item, quicquid ergo de Christi gubernatione et cura Ecclesiae legimus, id, vel ad efficaciam ministerij referri debet, vel de futuro tempore intelligi; quod vero exaltatus dicitur super omne nomen, id ab eo tempore coepit quo illa gentibus praedicari coepit Evangelium: quod autem nunc Christus de Patre clamorem mortis clamet David, nil amplius hoc illi tribuit, quam dum Petrus de Patre Coeli clavis: quicquid possumus cum Paulo in eius conversione, non possumus per Christum, etsi possumus [illegible] pertinet ad complementum ministerij Christi. Cum de Christo dare vitam aeternam, resuscitare [illegible] idem est ac si dicat, qui credunt viam salutem quam Christi per Christum annunciavit, cum ipse, postea [illegible] [illegible] vitam aeternam. Verba latronis, memento mei, non magis continent invocationem, quam id quod [illegible] dixit, memento mei [illegible]. Contra veritatem scripturae sacrae est, Christum [illegible] preces nostras, et omnia opera nostra intelligere: Vox salvator cum de Christo dicitur, [illegible], viam salutis monstrare et docere: In Christum credere nil plus continet, quam olim continuit, credere in Mosen. Si Deum in Christo adorare licet, licet et solem et [illegible] omnes Idololatrae, qui Deum in imaginibus adorare se [illegible]. Christus non est intercessor pro nobis apud Patrem, nec esse potest, cum nulla curam habeat, [illegible] nunc omnes sibi [illegible] Deus:

Postquam haec et alia ex Davidis scriptis Blandrata recensuisset, probat hanc novam doctrinam esse. [illegible] dispute Albana quarta die, ubi David ita loquebatur [illegible]: Afferebat denique locum Johan 14 quicquid petieritis patrem in nomine meo faciam, Invocandus est filius tanquam mediator, denique omnes [illegible] ubi aliquoties adorari dicit filium:

David negat se hic quicquam novasse, idque diu [illegible] [illegible]: nihil enim post datam legem de non invocando [illegible] docuit. [illegible] ante ipsum, et alij multi docuerunt, tempore Joannis Regis, et Regis Poloniae

Blandrata respondit: minime id docuisse [illegible] [illegible] omnibus Adamo, [illegible] [illegible] qui postea factus est turca, et Judaeum quendam, utrumque Claudiopoli, sed utrumque se matura fuga liberasse: Dilata res in crastinum.

---

2 Junij Probat David se nil novi docere. 1. Scriptura solum novit Deum dare adorandum. invocandum. 2. Blandrata dixit Albae, [illegible] 4 [illegible] adorationem [illegible] in scriptura, et ibidem ait, Adorationem Christi non esse [illegible], [illegible] probat [illegible] explicatione symboli Stephani Basilij, [illegible] Catechesi in synodo [illegible] edita an 1572

Auditis omnibus. Alexander Kendi, iubet ut sententias dicant et [illegible] qui cum Blandrata fuere, et [illegible] Calvini, An ante hanc doctrinam audierint, quam nunc David propagat: Excipit David: Accusatores suos [illegible] non posse esse Judices:

Kendi respondit, Generalem regni constitutionem esse, ut si quid novi in religione oriatur, de eo ministri et pastores iudicent, an nova res sit nec ne.

Iussi Davide exire [illegible]: Princeps rogat Blandrata, dixit, hanc [illegible]

Francisci Davidis nova, et blasphema esse. Ad [illegible] [illegible]. Ad Dominus Hunyadi Rector scholae Claudiopolitanae, Ad alii Ministri Stephanus Vasily, Stephanus Valemani. Postea nomine Calvinistarum et Augustanorum Matthaeus Gönczi etc. Postea et simulans prudentia dignum, qui ipsi Blandratae adhaesere, Balthasar Bamffi, Georgius Vas, Gabriel [illegible] Vrinde Consiliarii Principis omnes nova, Blandratae [illegible]. Ubi [illegible] suo, et Concionatoris sui, Francisci [illegible] nomine, Ad [illegible] inquit:

Hoc visu Blandrata intercedit, ut quamvis deliquerit David, parcent tamen [illegible] illi. Obsistit quam omnium Gaspar Caroli nomine Ecclesiarum, minas Divinae vindictae intentat Principi, si blasphemos tollerant.

Dictis Davidis, [illegible] et [illegible] Principis esse pronunciat ab Alexandro Kendi: Censuit qui ei adhaeserant Ministris, iubet ut nomine Principis ut scripta et ipsi suam aperiant, quid de Themate posito circa Dei [illegible] sentiant. Rogant domini nobiles Antitrinitarii, ut his Ministris tempus respondendi in crastinum prorogetur.

---

3 Junii Convenere, Iussi a Kendio dicere sententiam, nomine omnium [illegible] [illegible] respondit, se nil in Religione novasse, nec novam velle; fatentur dogma hoc novum esse, nihil se de eo ante audivisse, hanc doctrinam blasphemam esse. Itaque sicut ante sermones sui Doctoris Blandratae dictis audientes fuere, ita deinceps fore.

Lucas [illegible] [illegible] Davidis, [illegible] se, quod ipse [illegible] apologiam quam dederit, [illegible] disputasse de rebus fidei, [illegible] infirmo [illegible],

Tandem ultimo Alexander Kendi: Adhortatur Radicales ne quid in posterum innovent, sub eiusdem poenae interminatione qua David mulctatus erat. Vetat ne ipsi homines [illegible] quos ministri [illegible] [illegible], amplius admittant in Regnum, nisi [illegible] [illegible] a Principe facultate. [illegible] gravissime [illegible] [illegible] Religionis innovandis operam dabat.

Dictis gratiis, abiere.

M. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA

R 2005-20[illegible]

AZ MOSTAN TÁMAT UY TUDOMANIOK HAMISSAGA-nak.

TIIZ NILVAN VALO BIZONISAGA.

ES

REOVID INTES

A TEOREOK BIRODALOMRUL, ES VALLASRUL.

Coll. Socti Jesu Posony 1709

Iratot

PAZMANI PETERTÜL.

M. ACADEMIA KÖNYVTÁRA.

Lactant. lib. 5. Instit. Diuin. cap. 1.

Si sacrilegis, & proditoribus, & veneficis, potestas defendendi sui datur, Nec prædamnari quenquam incognita causa licet,: Non iniustè petere videmur, vt si quis erit ille, qui inciderit in hæc, si leget, perlegat : si audiet, sententiam differat in extremum. Sed noui hominum pertinaciam. Nunquam impetrabimus. Timent enim, ne à nobis reuicti, manus dare aliquando cogantur. Obstrepunt igitur, et intercedunt ne audiant, et oculos opprimunt, ne lumen videant. quod ~~audiunt~~ offerimus. quo planè diffidentiam perditae suae rationis ostendunt, cum neque cognoscere, neque congredi audent, qui sciunt se facile superari. Ideirco disceptatione sublata. Pellitur è medio sapia, vi geritur res.

Lact. lib. 1. de Falsa Religione c. 1. [illegible] Summa sapientia [illegible] religio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] religio [illegible] sapientia.

GRÆCII STYRIÆ,

Per Georgium VVidmanstadium,

Anno M. DC. V.